Cl. ~~Doct.~~ Dor. Pantocsek

Vindobonae 44.

Cum nequeam invenire hic loci opera Cl. Milde et Mettenius, cogor benignitatem tuam deprecare ut velis ea mihi transcribere iis ~~ex~~ locis quae mox citabo

1. Equisetum Telmateja Ehrh. var. breve et var. comosum Milde Sporenpfl. p. 101. — Transcribas phrasim diagnosticam harum varietatum.
2. Asplenium alpestre Metten. — Transcribas phrasim diagnosticam, et paginam operis, in qua haec phrasis invenitur
3. Aspidium filix mas sw. var. crenatum Milde l. c. p. 51. — Transcribas phrasim varietatis
4. Cystopteris fragilis var. cynapifolia Milde l. c. p. 68 — Transcribe phrasim hujusce varietatis.

Verte

Opera supra citata facile invenies apud
cl. Fenzl, aliosve. Harum citationum
transcriptiones mihi mittas quaeso una
cum Tuis plantis, quas expecto in
primis diebus mensis Septembris.
Si iis addere placeat plantas aliquot
criticas, quibus illae affines sint,
me tibi gratissimum fore credas.

Paduae die 29
Augusti 1875

Tibi addictissimus
R. de Visiani